Incipit Argumentum.

Sophonias speculator et
arcanorum dei cognitor:
audit clamorē a porta pi-
sciū: ⁊ eiulatū a secūda: et
cōtritionē a collibꝫ. Indi-
cit q̄z vlulatū habitatoribꝫ pile: qꝛ conti-
cuit oīs pp̄ls chanaan: disperierūt vniū-
si qui inuoluti erant argento.

Explicit argumentum. Incipit
Sophonias ppha. Caplm I

Verbum
dn̄i qđ factū ē ad
sophoniā filiū chu-
si filij godolie filij
amasie filij ezechie
in diebus iosie filij
amon reg̃ iuda. Congregās cōgregabo
oīa a facie t̃re dicit dn̄s: cōgregans hoīez
⁊ pecus: cōgregans volatilia celi ⁊ pisces
maris. Et ruine impioꝝ erūt: et disperdā
hoīes a facie t̃re dicit dn̄s. Et extendam
manū meā super iudā ⁊ sup oēs habitan-
tes hierl̃m: ⁊ disperdā đ loco h̃ reliquias
baal: et noīa edituoꝝ cū sacerdotibus: et
eos q̄ adorāt sup tecta militiaz celi: ⁊ ad-
orant ⁊ iurāt in dn̄o et iurant in melchon
⁊ q̄ auertunt̃ de post tergum dn̄i et q̄ non
quesierūt dn̄m: nec inuestigauerūt eū. Si-
lete a facie dn̄i dei: qꝛ iux̃ est dies domini
Quia p̄parauit dn̄s hostiā: s̃cificauit vo-
catos suos. Et erit: in die hostie dn̄i visi-
tabo sup p̄ncipes ⁊ sup filios reg̃ ⁊ super
oēs q̄ induti sunt veste pegrina. Et visi-
tabo sup oēm q̄ arroganter ingredit̃ sup
limē ī die illa: q̄ complent domū dn̄i dei
sui iniq̄tate et dolo. Et erit in die illa dic̄
dn̄s vox clamoris a porta pisciū: ⁊ vlula-
tus a secūda: ⁊ ꝯtritio magna a collibus.
Vlulate habitatores pile. Cōticuit oīs
pp̄ls chanaā: disperierūt oēs inuoluti argē-
to. Et erit ī tp̄e illo scrutabor hierl̃m ī lu-
cernis: ⁊ visitabo sup viros defixos in fe-
cibꝫ suis: q̄ dicunt in cordibꝫ suis: Nō fa-
ciet bn̄ dn̄s: ⁊ nō faciet male. Et erit for-
titudo eoꝝ in direptionem: ⁊ domꝰ eoꝝ
in desertuz. Et edificabunt domos ⁊ nō
habitabunt ⁊ plantabūt vineas ⁊ nō bi-
bent vinū eaꝝ. Iux̃ est dies dn̄i magnꝰ:
iux̃ est ⁊ velox nimis. Vox diei dn̄i ama-
ra: tribulabit̃ ibi fortis. Dies ire dies il-
la: dies tribulationis et angustie: dies ca-
lamitatis ⁊ miserie: dies tenebraꝝ ⁊ cali-
ginis: dies nebule ⁊ turbinis: dies tube ⁊
clangoris sup ciuitates munitas ⁊ super
angulos excelsos. Et tribulabo homines
⁊ ambulabunt vt ceci: qꝛ dn̄o peccauer̃t.
Et effundet̃ sanguis eoꝝ sic̄ humꝰ: ⁊ cor-
pus eoꝝ sic̄ stercora. Sz ⁊ argentū eoꝝ
⁊ auꝝ eoꝝ non poterit liberare eos: ī die
ire dn̄i. In igne celi eiꝰ deuorabit̃ omnis
terra: q̄ consummationē cum festinatiōe
faciet cunctis habitantibꝫ t̃raz II
Conuenite cōgregamini gens nō
amabil̃ priusq̄ꝫ pariat visio q̄si
puluerem transeuntez diem. an-
teq̄ꝫ veniat super vos ira furoris domini:
anteq̄ꝫ veniat super vos ira indignatio-
nis domini: Querite dn̄m omnes mā̄sue-
ti terre: qꝛ iudiciū eius estis opati. Que-
rite iustum: querite mansuetuz: si quo mo-
do abscondamini in die furoris domini.
Quia gaça destructa erit: ⁊ ascalon ī de-
sertum. Açotum in meridie eijcient: ⁊ ac-
charō eradicabit̃. Ve q̄ habitatis funi-
culum maris: gens perditoꝝ. Verbū do-
mini super vos chanaan terra philistino-
rū: ⁊ disperdam te ita vt non sit īhabita-
tor. Et erit funiculus maris requies pa-
storꝝ: ⁊ caule pecoꝝ. Et erit funiculus eiꝰ
qui remanserit de domo iuda. Ibi pascē-
tur in domibꝫ ascalonis: ad vesperam re-
quiescent: qꝛ visitabit eos dn̄s deꝰ eorū:
⁊ auertet captiuitatē eoꝝ. Audiui oppro-
brium moab ⁊ blasphemias filioꝝ ammō
q̄ exprobrauerunt pp̄lo meo: et magnifi-
cati sunt super terminos eoꝝ. Propterea
viuo ego dicit dn̄s exercituum: deꝰ israel
Quia moab vt sodoma erit: et filij am-
mon quasi gomorra: siccitas spinarum



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/0783
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG